4414 in columna Brixiae in platea canonicorum.

L · CORNELI · GLYCONIS
$\overline{VI}$ · VIR · AVG · BRIX
CLAVDIA · MARTIA
MARITO
PIENTISSIMO

Servavit Tuscanella apud Cyriacum p. 66 n. 184 (inde Donat. 89, 5) et auctores Cyriacanos plerosque, qui sunt Marcanova Bern. n. 632, Mut. f. 140 n. 30; Redianus f. 83 n. 11; Lilius f. 52′ (inde Reines. 6, 31 ex Langermannianis). Sed excidit apud Felicianum itaque nec Ferrarinus habet nec norunt collectores Brixiani.

Versus divisi ad Cyriaci ed. — 1 CORNELII Lil. — GLICONIS Marcan. Lil. — 3 MATIA Lil.

4415 Uragi di Mella ante, nunc Brixiae apud Averoldum VINACC. Iam in museo.

DIS · MANB
M · CORNELI · M · F
PROCVLI
COLL · CENTON
ET · M · CORNELIO
AEQVO · PATRI · ET
QVINTAE · MATRI

Contuli. Habent Vinaccesi p. 258; Bianchini ms. Veron.; Averoldo p. 284 et apud Mur. 512, 5; Gnocchi ms. p. 48; Ioli cat. mus. f. 63.

4416 Brixiae prope turrim de la Palata in parietibus domus privatae TUSCANELLA et CYRIACANI RELIQUI. In muro d. Ugolini de Gannassonibus FERRARINUS. Apud turrim Palatae ALC. Iuxta Palatam ad portam d. Andreae Ganasonis ARRAG. *Nel tresandolo di sopra de la Palata appresso ad una porta* SONCINO.

C O L L E G I A
F A B R · E T · C E N
L · C O R N E L I O
P R O S O D I C O · $\overline{VI}$ V I R
AVG · BRIXIAE · ET · VERON · SACERD
COLLEG · IVVENVM · BRIXIAN
P R I M V M · I N S T I T V T I S
OB · MERITA · EIVS · HONORE
CONTENTVS · INPENDIVM · REMIS
*d*ATIS · IN · TVT · HS · $\overline{N}$ · D

Quinque exempla extant de lapide sumpta Tuscanellae Ferrarini Alciati Arragonensis Soncini. Tuscanella apud Cyriacum p. 67 n. 191 et auctores Cyriacanos (Scalamontius Tarvis. f. 85′ n. 9; Marcanova Bern. n. 638, Mut. f. 138′ n. 15; Felicianus Brix. A 14; Ferrarinus cod. Bat. f. 60′; Redianus f. 83′ n. 17; Gammarus f. 85; Lilius f. 50; Iucundus f. 197 n. 11; item opinor Sanutus itin. 1483 p. 72, syll. f. 79′). Ex lapide ni fallor Alciatus n. 7 (inde Choler f. 46′; Apianus 59, 3; Smetius 160, 3 ex Apiano; Panvinius Ver. p. 60 omnino ex Apiano; inde puto Laur. quoque Schradaeus mon. Ital. 1592 f. 350). Item Ferrarinus cod. Reg. n. 61, Verderiano p. 20, 2; inde Traiectinus n. 79, Corsinianus n. 64, Mediceus n. 73, etiam Panvinius cod. Vat. 6036 f. 1′. 5′ et Ligorius ms. Neap. 36 p. 375 et Fabricius antiq. p. 64. Arragonensis ms. n. 146=99 habet ex Ferrarino, at ex lapide emendatam ed. n. 120; easdem emendationes habet Tottius p. 25 n. 74 manu secunda. Item ex lapide Soncino ms. f. 13. A prioribus Grut. 397 1, ex Apiano Verderianis Panvinianis, citatis item schedis Pighii et Rubei (ex Grut. Orelli 4094); Rossi p. 108 Gnocchi ms. p. 29.

V. l. dabo familiarum potius quam exemplarium. — Versus divisi ad Arragonensem et Soncinum, quam divisionem ex parte confirmant Tuscanella et Ferrariniani meliores. — 4 PROSODICO Cyr., Ferrariniani meliores, Alc., Totti 2, Sonc., PROSIDICO Traiect. Arrag. (ms.) Totti m. 1 et fere Ferrariniani deteriores, PROSOICO (emendatione imperfecta) Arrag. ed. — 4 $\overline{III}$ · VIR Iuc. — 5 BRIXIAE plerique et ex Cyriacanis Red. Felic., BRIXIA Tuscan., BRIX Cyriacani reliqui. — 6 AVG pro COLLEG Ferrariniani deteriores (nempe Traiect., Montfauc., Volpat., Corsin., Med., Arr. ms., Tott. m. 1 rel.) contra Ferrarinianos optimos (Reg. Verder. cum Panvinio et Ligorio) et Arr. ed. et correctorem Tottii reliquosque. — 7 INSTITVTIS omnes (nam INSTITVTVS apud Tuscanellam legi errore typographico vidi ex schedis Suaresii Cyriacanis cod. Vatic. 9140); requiritur INSTITVTO. — 9 INPENDIVM ex Cyriacanis Tusc. et Marcan. (Bern.), item Arrag. (ed.), IMPENDIVM reliqui. — 9. 10 REMIS . . . ATIS ex Cyriacanis meliores (Tusc. Gamm. Lil. Iuc. Marcanovae cod. Bern.) cum reliquis exemplis, REMIS · ALIIS Red. Ferr. (Bat.), REMIS · AC Marcan. (Mut.) Felic. (Marcian.), REMISIT · IS Alciatus. — HS · $\overline{N}$ · D exempla proba omnia; HS N D || . . . . IIS N D per geminationem Solatiana praeter Montfauconianum fere omnia, scilicet Traiect. Volpat. Cors. Med. Tott. m. 1 (delevit v. ultimum qui emendavit librum Tottianum); inde . . . ATIS · IN · TVT · HS · N · D || COLONIS N · D Panvin. cod. Vat. (non in Ver.) et Ligor., DATIS · IN · TVT · COLONIS · HS · N · D Gruterus.

4417 Brixiae in aede S. Nazarii TRAIECT. et POSTERIORES; *nel muro della canonica di S. Nazaro* GNOCCHI. Hodie in museo.

C R A E X I O
P · FIL · FAB
NAEVILIANO
SENIORI
EQVO PVBLICO
OMNIBVS
HONORIBVS
MVNICIPALIBVS
PERFVNCTO

ab altera parte:
COMES

Contuli. Habent Alciatus n. 38 (inde Choler f. 50′; Apian. 68, 1; Grut. 462, 6 ex Apiano); Solatiani Traiectinus n. 29 et Montfauconianus n. 36 et Mediceus n. 84; Accursius ms. n. 33; Arragonensis ms. n. 161=66, ed. n. 113; Panvinius cod. Vat. 6035 f. 90′; Ligorius ms. Neap. 36 p. 375 (inde et ex Rossio Mur. 847, 6); Schradaeus monum. Ital. (Helmstadii 1592) f. 350; Soncino ms. f. 8; Rossi p. 99 et denuo p. 117 (inde Fabrett. 370, 141; Orelli 2762); Gagliardi Cenom. p. 92=Sambuca Cenom. p. 107; Gnocchi ms. p. 15 (inde Donat. 300, 7); Ioli cat. mus. f. 44.

1 non dubium est praenomen deesse et hunc fuisse [P.] Craexium, non C. Raexium. — Alterius partis, quae hodie muro immissa non cernitur, inscriptionem refert solus Gnocchius.